

ne 2. de Baptista: Vox clamantis homines ad fidem.

QUESTIO IX.

Quare Ioannes Herodem tantum, & non Herodiadem arguerit?

47. **I**oannes dicebat Herodi: *Non licet tibi habere uxorem fratris tui.* Sed sicut Herodem magnus Prædicator arguit, cur etiam mulierem non reprehendit, ut desinat ab incestu, & descedat à viro, injustè eam retinente; præcipuè cum videamus, quòd Deus *Ezechiel capite 13. numero 12.* præceperit vehementer oburgare mulieres populi, quæ falsò se prophetissas esse dicebant. *Et tu fili hominis pone faciem tuam contra filias populi mei, quæ prophetant de corde suo.*

48. **C**hrysof. Ad quæstionem respondet primò pereleganter Divus Chrysofomus homil. 49. in Matth. *Circa*, ait, *nihil Ioannes hæc de re mulierem, sed vi-um alloquitur? Quia & principalior vir est, & potestas in illo erat.* Herodes extiterat principalis persona, potestare quasi regali eminens criminis aggressor, ipse duxerat, & sibi copularat Herodiadem; ideo ipse ut principalis ac ut criminis author reprehenditur. Sicut etiam illæ falsæ prophetissæ arguuntur, quæ suis dementationibus seducebant populum, & subvertebant fidem veritatis, ut ibi notant D. Hieronymus, S. Thomas, Carthusianus, Pinto, & Cornelius. Sicut enim, ut grassanti malo subveniatur, causa est amputanda, sic etiam ut flagitium reserari, ac evelli possit, criminis machinator, & author est compescendus: si enim huiusmodi radix eratur, malum ultra non germinat, sed marcescit. Vide supra cap. 3. num. 18.

49. **S**ecundò Ioannes cum Herode loquitur, minime verò cum Herodiade: nunquid Ioannes timebat Reginam, qui non timebat Regem? Quare ergo tam audacter in Regem invehitur, & Reginam criminis collegam non increpat? nunquid formidabat mortem? verebatur insidias, ac machinationes mulieris, quæ insidiabatur ei? Minime; collum enim libenter gladio præbuit. Sed Ioannes ob suam eximiam virginitatem verebatur mulieris sermones, sceminarum colloquium erat ei valde suspectum, ideoque refugit pertulantem sceminarum alloqui, & lascivam impudicæ linguæ audire sceminarum. Mittitur Angelus Gabriel ad Mariam Virginem *Luc. 1. n. 28.* Cur non aliquis sanctissimus vir ex antiquis Prophetis, vel parentibus Virginis, ut Abraham, Isaac? Divus Ambrosius ibi. *Quam nemo virorum videret, solam Angelus reperiret, ne quo degere depravaretur affectu, ab Angelo saluatur.* Vir ille, esto sanctitate eximius, homo erat; ne ergo degere depravaretur affectu: puritas Mariæ erat superexcellens, & in eminentissimo gradu: ne igitur aliquis degeneraret affectus, & ab ipsa admirabili puritate discederet, non homo, sed Angelus venit; nam colloquium viri, esto sanctissimi, & de re sanctissima, qualis erat Incarnatio, virginæ dedecet aures, ab ejusque eximia pudicitia in affectu degenerare videtur. Virginitas Mariæ ita erat obfirmata, ut nullam peri-

culum pati posset; tamen ne in affectu à suâ integritate, ac pudicitia Mariæ aures degenerarent, venit Angelus, & non homo. Unde eleganter ait idem Ambrosius lib. 2. de Virginibus *Ambros. paulo post initium. Angelum Maria, quasi viri specie mota, trepidavit; quasi non cognitum audio nomine recognovit. Ita peregrinata est in viro, qua non peregrinata est in Angelo; ut cognoscat aures religiosas, oculos verecundos.* Vide de hac re lib. 1. c. 5. n. 10. & 11.

**T**ertio, Ioannes totus est linguatus in Regem, & nil cum Regina fatuitur; quia dum arguitur Rex, etiam admonetur criminis collega Herodias: nam si Regi non licebat eam habere; nec Herodiadi permittebatur esse cum Rege. In Herodè tamen reprehensione rapitur Ioannes. Chrysof. *Chrysof. stomus citatus: Potestas in illo erat.* Ipse enim quasi Rex dominabatur; & inferiores semper Regis appetitui famulantur, ac obsequuntur ita ut nullum aliud jus recognoscant, quam Principis beneplacitum, ad cuius nutum tamquam volubiles rotæ moventur. Quos pungit D. Gregorius Nazianzenus *Nazianz. Orat. 1. in Julianum, de Juliano agens: Alios honoribus capiens, nimirum eos, qui nullam aliam legem, quam Principis voluntatem agnoscebant.*

**D**at Pilatus optionem populo, ut è duobus unus eligatur ad vitam, vel Jesus omnium benefactor; vel Barabbas latro, homicida, & seditiosus. *Principes Sacerdotum, & seniores persuaserunt populo, ut peterent Barabbam, Jesum verò perderent.* Et ita omnes una voce clamant: *Barabbam.* Matth. 27. n. 21. Quid magis mirabatur, quam quòd Jesus omnibus benefaciens relinquatur, & optetur Barabbas malefactor, qui homines interfecerat, eorum bona furabatur, & dissensiones, ac rixas excitabat? Hoc est populi ingenium, ut ad majorum voluntatem moveatur. Voluerunt Principes, ac seniores Barabbam, etiam ad illum populum inclinatur, ac fertur contra propriam utilitatem vitæ, bonorum, ac pacis. *Carthusianus ibi. Pulchrè D. Paschasius lib. 12. in Matth. Quid in hoc dicam, inquit, nisi quia penè omnis iniquitas, & prævaricatio plebium à Principibus est populi, quorum excitatur malis ad omne peccatum, quorum velle, quorumque nolle, omnes considerant, & sequuntur.*

**C**um Achior isteretur in Concilio Assyriorum, & multa Dei circa populum Israël enarrasset mirabilia, quæ ipsi etiam Assyrii erant experti, ut patet ex multis locis sacre Scripturæ *4. Reg. 7. num. 6. & cap. 19. num. 35.* dedisset Assyriis consilium Achior, ut scirent an populus Israël esset in offensa contra Deum, quia alio modo superari non poterat gens illa. *Et factum est, cum cessasset loqui Achior verba hæc, irati sunt omnes magnates Holofernis, & cogitabant interficere eum dicentes ad alterutrum: Quis est iste, quis filios Israël posse dicat resistere Regi Nabuchodonosor? Judith. 5. n. 26.* & postea sequitur *cap. 6. num. 1.* quomodo Holofernes locutus est. Illud tamen ingerit grave dubium, quæ pacto Principes Holofernis primò ante ipsum, & non interrogari verba proferunt in Concilio, & præfidente principe exercitus, cum esset lex Assyriorum, ut testatur Polybius historiatur, sub capitali poena, ut nullus in Concilio loqueretur, nisi quando interrogatus? Cur ergo periculo se exponunt, & contra Achior tanto impetu fremunt?

*Infantiam Principis voluntatem sequitur populus.*

*Phil. Jud.*

*Chrysof.*

*Populus ad Regis appetitum rapiuntur.*

*Nazianz.*

*51. Matth. 7. Populus contra suam utilitatem obsequitur Principis voluntati.*

*Carthus. Paschas.*

*Judith.*

*52.*

*53. Joannes zelo ceteris antecedit.*

*54. Synchus.*

*55. Basil. Seleuc.*

*Infantiam vitæ index.*

Ex truculentia vulvis, & ex ingenio Holofernis, quod optime exploratum habebant magnates, dicta Achior ei displicere beneprehenderunt. Et ubi primum Principis insinuatam voluntatem sunt allecuti, omne periculum vitæ postponunt, ut beneplacito Holofernis famulentur eligentes potius vita privari, quam principis voluntatem non adulari. Nihil aliud scit populus, quam inclinari ad id, ad quod Rex defleat. Unde ait Philo Judæus lib. 1. de vita Moysi: *Si Princeps totum se dant ad vitam delicatam defleat, universa se prope modum subditorum multitudine ad voluptates proclinat.*

QUESTIO X.

Quare cum libertate Ioannes Herodem arguat?

**A**tè hanc materiam tractat S. Andreas Episcopus Cretæ Jerusolymit. *Orat. de amputatione capitis Baptista.* Ubi multis comprobatur, Ioannem libertate, & zelo antecedere omnes, qui pro Dei honore ante ipsum steterunt. *An non tibi videtur, ait, zelo fuisse incitatum, & omnium, qui zelo inveniuntur, incitatisimum? Et laudè ipse de re discit. Phinees magnus fuit zelo, qui virum Israëlitam simul cum muliere Madianita confixit. Num. 25. n. 8. sed, ut ait S. Andreas cit. res non sunt pares, nec in similibus rebus sit contentio: Nam ille non erat vir aliquis eximius, & excellens; & ad plurimum erat dux aliquis ex populo; ut multi volunt, hic autem, scilicet Herodes, Rex, & in lingua ferens mortis sententiam. Elias magno zelo accensus celo frantum imposuit, ut diurno tempore non plueret, & in terra esset fames trium annorum. Iram non ferens libidinosæ mulieris, futuro percitæ, exilium, fugam, tanquam domum propriam amplectebatur? 3. Reg. 19. n. 3. At Ioannes, ut ferivus bellator, non ad eternum fugit, sed de eremo ad civitatem venit, ut Regem arguat, & increpet, ac ei in faciem dicat: Non licet tibi habere uxorem fratris tui.*

**A**d increpandum David de adulterio Bersabæ venit Nathan cum parabola, & figura, 2. Reg. 12. num. 1. At Ioannes propalanter dicit Regi: *Non licet tibi habere uxorem, &c.* Immo; ut perdoctè notavit D. Synchus lib. de insomniis, Abimelech Rex Geraræ docetur ab Angelo in nomine Dei, ut multorum est sententia, in somnis *Genes. 20. n. 3.* ut reddat Saram viro suo, quam sibi tulerat. At Herodes vigilans admonetur à Baptista, ut dimittat uxorem fratris, quam sibi copularat. Adeò imperturbatus est Baptista animus pro veritate, ut & vigilantis Regis lascivientem cupiditatem patenter, ac manifestè audeat increpare, & arguere. Et hæc tanta pro religione, & virtute libertas, ei ex dono Dei est concessa, & reservata.

**S**ecundò D. Basilus Seleucus *Orat. 18. O dicendi libertas, inquit, qua regiam injuriam non metuit, linguam contrahat, ut olim in vero saltum edebat, tunc in partionem naturam impellebat, & ante partionem partionis accusabat lentitudinem; & nunc adulterantem naturam accusat, vocemque jacit temperantia fulgorem coruscantem.* In-

fantia totius vitæ cursus index. Si Ioannes antequam nasceretur animositate magna uterum concutebat maternum, & naturæ accusabat lentitudinem, qua retardabatur, ut pro veritate pugnaret, & testimonium præberet. Quomodo adolescens factus in ætate perfecta adulterantem non accusaret naturam, ut eam concuteret, evibratque linguæ suæ ore terrificaret? Quomodo retardari posset ab adulterante natura, quin testimonium suum de veritate præstaret; Deinde si Baptista antequam in lucem prodiret, ita erat temporum appreciator, ac si videretur, quòd ad nativitatem tempus esset defuturum, ita testificandi Christum æstuabat desiderio; manifestum erat, quòd vir factus tempus in vacuum non fineret abire; sed ita proficeret, & totum vitæ cursum corona aurea gloriæ, & martyrii terminaret.

**T**ertio D. Chrysofomus *serm. de virtutibus, 56. & vitis. Quid si, inquit, cognoscere velis, tyrannica vi quanto potentior sit justorum libertas, audi, quid dicat Herodi Ioannes: Non licet, inquit, tibi fratris adhaerere uxori: Rex erat Herodes, satellitibus undique stipatus, divitiis præpotens, regnum tenebat imperium. At contra pauper Ioannes: tecto, urbe, copia; cibo carebat. Sed pauper iste deserta perpeians, mularum urbium Regi imperiosè adeo jubet: Non licet, inquit, tibi. Vides, ut natura sua vitio dominetur. Magna potentia in Herode nitetur, multas urbes sub suo habebat imperio, magna hominum copia ad ejus nutum parebat: in Joanne verò extrema videbatur eorum paupertas, & tamen Regi imperiosè jubet: Non licet tibi. Vides, ut natura sua vitio Dominetur. In Rege vitium dominabatur magna auctoritate, & regali purpura circumdatur. In Joanne verò splendebat eximia virtus ab omnibus magnatibus deserta. Virtus autem, quamvis contempta, valde audeat; & præpotens contra peccatum; nam virtus animam ministrat, vitium vices enervat. Quod eleganter ponderavit D. Chrysofomus in *Psalm. 50.* dum considerat Davidem, qui hostes terrebatur, Uriam Hebræum meruentem *2. Reg. 11. à num. 6.* Nonne, inquit, loqueris cum 2. Reg. 11. Rege, tu Imperator? Nonne gladius potentiam habes? Habeo, inquit: sed conscientiam meam timeo, fornicatoris matrem.*

**Q**uartò. Non dixit Ioannes Herodi: Dimitte uxorem fratris: sed, *non licet tibi;* quia libidinosi Reges omnia sibi licere putant, prout voluerunt, & suo inserviunt appetitui. Considerans tamen Samuel effrenatam principum licentiam, qui contra Dei legem, patia præscripta, & bonos mores, multa, & eaque pia profana aut lasciva pro sua libidine attenuare præsumunt; dicebat petenti populo Regem: *Hoc erit filius Regis, qui imperaturus est vobis: filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, & faciet sibi equites, & præcursores quadrigarum suarum, 1. Reg. 8. num. 1. 1. Maxime consideratione dignum est, quòd sanctus Samuel appellet hoc jus Regis, tollere filios, & filias à suis parentibus; agros, vineas, & oliveta à suis possessoribus, hoc enim dicit violentiam, ut rectè notat Abulensis *quæst. 19.* quam Abulensis significat verbum tollere quòd in vitis parentibus Rex accipiet filios, & agros, ac, ac proinde hoc non est jus, sed quædam tyrannis, ut perbellè observavit Clemens Alexandr. *lib. 3. Pedag. cap. 4.* & ait, *Non humanum pollicetur dominium, sed**

*Appreciatio temporum; proficit multum.*

*56. Chrysof.*

*57. Impii Reges omnia sibi licere putant.*

*58. Abulens.*

*Clem. Alex.*

Gregor. Cyprian. D. Thom.

sed quandam insolentem minatur tyrannidem. Et similiter notarunt D. Gregorius ad hunc locum Divus Cyprianus Epistol. 38. S. Thomas 1. 2. q. 205. art. 1. Quomodo ergo Propheta vocat jus manifestum tyrannidem, & Prophanam licentiam, qua Principes contra omne fas in subditorum suorum perniciem grassantur? Reges dominatores beneplacitum suum, omni legi, rationique adversans, tanquam jus omni aequitate constitutum, volunt venerari, & reputari à subditis. Id, quod Rex erat praeceptorum, ut filios, filias, & agros tolleret, violentia erat omni justitiae repugnans; at tanquam jus ratione, justitiaque firmatum inferioribus traderetur: nam saepe reges oppressiones suas, jus aestimari contendunt. Vide lib. 3. cap. 4. q. 11. num. 56.

Marc. 6. n. 19. Herodias autem insidiabatur illi, & volebat occidere eum, & non poterat.

VERSIONES.

Syriacus. Ipsa autem Herodias insidiabatur ei; & volebat eum interficere, nec poterat. Vatablus. Cupiebatque occidere eum, nec poterat.

ALTER TEXTUS.

Matth. 14. n. 5. Volens, scilicet Herodes, eum occidere, timuit populum, quia sicut Prophetam eum habebat.

EXPOSITIO.

88. QUOMODO Matthaeus, & Marcus conveniant in hac re scribenda, explicabo quae sequenti. Nam Marcus scribit ea, quae primo contigerunt quando Herodes erat benevolus Joanni, tunc custodiebat eum ab insidiis Herodias: quae ideo Joannem non poterat occidere. Matthaeus scribit, quae subsequuta sunt, quando scilicet Herodes aegre ferebat reprehensionem Joannis, & victus precibus Herodias eum volebat occidere. Marcus narrans, quae primo facta sunt, ait: Herodias insidiabatur illi, scilicet Joanni. Quod intelligendum est, tam antequam Joannes in carcerem esset conjectus, quam postquam in illo detinebatur. Et si Marcus, antequam has proponat anticipationem, ut saepe fit. Insidiabatur illi, (Simon Cassian. lib. 3. cap. 3.) Impatiens est, ait, mulierum amor, & sibi insidari metuent, semper insidias machinatur, & nolens separari, à quo ligatur amore venero, qui hoc arguebat venabatur ad mortem. Omnis malitia nequitia mulieris, Eccles. 25. n. 17. Quod multis exemplis explicat D. Chrysol. homil. de decollat. Baptista, apud Metaphratt. &

Cassian. Mulieris amor impatiens. Mulieris nequitia. Eccles. 25. Chrysol.

habetur etiam in Homili ario. Errandem ait S. Doctor, Mulier mala, si afficitur concumelia, insaniat; adulatione autem, & blanditiis, insolescit. Cum Herodias adverteret, Herodem bene existimare de Joanne, ob id magis sibi metuens per insidias illum tollere querebat.

Chrysol.

Et volebat eum occidere, & non poterat. Herodias omnibus modis mortem Joannis machinabatur, tamen non poterat interficere. Et statim Marcus subdit rationem. Herodes enim custodiebat Joannem. Nam ideo incarceravit, ut est probabile, & supra dixi cum Abulensi q. 15. in c. 14. Matth. ut eum ab Herodiade tueretur. Et docet D. Chrysol. serm. 173. Herodes adultera non vincebat animum, nefas tamen adultera differebat. Illa, ne esset arguens, arguentis tendebat ad mortem; ille, ut placeret incestu, captivus ipse justum tantum tenuit, vincit inclusum. Herodes inclusit Joannem in carcere, ut placaret animum Herodias accusantis Joannem; sed minime quievit ira mulieris, quia è carcere adhuc Joannes Herodem reprehendebat. Vide quantum ab iniquorum disceptet justorum conditio? Joannes enim Herodias procurabat salutem; ipsa verò arguentis tendebat ad mortem; ac nihil aliud, quam Joannem interficere, cogitabat.

59.

Abulens.

Chrysol.

Matthaeus narrans quae postea sunt subsequuta, ait, quod Herodes victus precibus Herodias, & petentibus argutionem Joannis, volebat eum occidere; sed timuit populum. Commotio populi maxime timenda, ut jam dixi ex Divo Thoma, A tribus timuit cor meum, delaturam civitatis, & collectionem populi, & calumniam mendacem, Ecclesiast. 26. n. 6. Et timebat, non Deum, sed populum. Et cum iste timor fuerit mundanus, non correxit culpam, nec emendavit peccatum, ut dicam q. 12. ex D. Chryologo.

Impii motum justorum procurant, qui eorum salutem asserant.

60.

Populi commotio timenda. D. Thom. Eccles. 26.

QUESTIO XI.

Quomodo Matthaeus, & Marcus, quae videntur sibi contraria in narranda hac historia, conveniant inter se?

Marcus scribens hanc historiam ait, quod Herodias insidiabatur Joanni, & quod volebat eum occidere, tamen non poterat; & statim versu sequenti apponit rationem. Herodes enim timebat Joannem, & custodiebat eum. Matthaeus hanc rem narrans, inquit, quod Herodes volebat occidere Joannem, sed timuit populum. Si ergo Herodes custodiebat Joannem ab insidiis Herodias, ne eum occideret; quomodo ipsa Herodes volebat eum interficere? Recte respondet Euthymius in Matth. cap. 14. quod Marcus, quod primum factum est, Matthaeus verò, quae postea subsequuta sunt. Primum enim, ait, Herodias negotium facebat Joanni, volebatque illum occidere: Herodes verò non permittebat, sciens eum virum justum, & sanctum; cum autem vehementer illum urgeret, arguens, ac increpans eum; tandem Herodes hinc quidem devictus molestia; hinc autem vim quodammodo ab Herodiade perceptus, pudorem in iram commutavit: nec omnino quiescere volebat.

60.

Euthym. Vera, & germana explicatio.

62. Lyran. Anselm. Cajetan. Animus filius Herodias. Hieron. Beda.

Matth. 13.

63. Jansen.

Voluntas inconstans in Herode.

Peccator inconstans atque mutabilis.

64. Genes. 4.

Chald.

Phil. Abb.

Peccator constanti locum non habet.

volebat eum occidere timens verò multitudinem, vinxit eum quasi puniens, & ligavit eum, ne varia loca circumveniens objurgaret eum: Et hæc sententia est vera, & eam sequitur Abulensis c. 14. Matth. quæst. 14.

Secundò Lyranus, D. Anselmus, & Cajetanus ad illa sequentia verba: Libenter eum audiebat; asseverant, quod ea, quae Marcus de Herode prædicat, intelligenda, non verè ita in eo fuisse, sed apparenter tantum; ita ut propter timorem populi simularet, se metuere Joannem, & libenter eum audire, ac observare eum. Et huic sententiæ favent D. Hieron. Beda ad illa verba, Conristans est Rex. Et quia Herodes habebat hujusmodi animum fictitium, à Christo appellatur vulpes: Dicitur vulpi illi, Matth. 13. num. 32. Et quid mirum, quod Herodes in tanta prolapsus peccata; semper enim simulatio multa malignè operatur. In hac ergo sententia Herodes ex suo animo volebat occidere Baptistam; tamen juxta Marcum, secundum actus exteriores custodiebat eum, ne ab Herodia de interficeretur, ne contra se populi commotionem excitaret. De veritate hujus sententiæ dicam expositione sequenti.

Tertio. Jansenius ait, Herodem partim quidem voluisse occidere Joannem; partim noluisse: ita ut fuerit in eo voluntarium permixtum involuntario; sicut de pigro dicit sapiens, quod vult, & non vult. Cupivisse eum occidere, ac Herodiadi obsequi, quatenus contrarius erat suæ libidini, ab eoque sibi male timebat; verum nec quod hac ratione volebat, audebat facere: timor populi retraxit, ut dixit Matthaeus; ac sanctitatis consideratio, veneratio, ut dicit Marcus. Duæ enim erant causæ, quæ ab occidendo revocabant Herodem, quamvis id satis euperet, quorum alteram diviniorum recenset Marcus, quia cognoscebat Joannem, virum justum, & sanctum; alteram carnalem Matthaeus reddit, significans, non tantum, sanctitatis venerationem apud eum habuisse pondus, ut ob eam intermisisset viri sancti necem, si non magis populi in se incursum metuisset. Hinc autem dicendum, quàm pugnans, ac portentoza res sit impius à Deo rejectus, dum partim conscientia suæ, partim mundo, partim libidini suæ satisfacere studet; & in nullo sit permanens, sed ubique inconstans.

Ait Cains Domino: Ecce ejicis me hodie à facie tua: ero vagus, & profugus in terra, Genes. 4. num. 14. Sed dic mihi, o homo, cur vagus eris in terra? Nonne tu primus omnium ædificasti tibi civitatem? ut constat ex eodem cap. 4. num. 17. si tuam habes civitatem, fige pedem, siste locum in ea. Quæ te cogit exire extra tuam civitatem? cum Cains esset peccator, bene ait de se, Ero vagus, & profugus, seu, ut habet Chaldaicus: Ero instabilis, & transigrans in terra. Peccator semper maxime est inconstans, & in nullo scit quiescere permanere. D. Philip. Abb. de silentio Clericorum, c. 170. Vagus & profugus, ait, miser miserrimè tunc habetur, cum undique deseruit à gratia, solo vitio non tenetur, sed habet solis per multa, & varia circumfertur, nullis valens resistere, cunctis persecutibus amfertur à iudicibus nequitia ad omne revocantis constium obstinans; non recordans venia, morti perditæ destinatus, ad omnem statum, vel impulsus cujusque pravitate fertur, ut stipula rapitur, ut palea suo vitio levitatis.

Sylveira in Evang. Tom. II.

Ait Sophonias cap. 1. num. 11. Ululate habitatores pila, quia coniecit omnia populus Chanaan. Septuaginta verò legunt: Quia assimilatus est omnis populus Chanaan. Convocat Propheta ad planctum, & ululatum habitatores pilæ. Pila est instrumentum, in quo frumenta tonduntur. Per hanc metaphoram denotat habitatores civitatis, quæ multis suppliciis perfundata est à Deo. Sed cur, juxta Septuaginta, dicitur, quod omnis populus istius civitatis peccatricis assimilatus sit Chanaan? nam, juxta D. Hieronymum, Chanaan, est commotio; & bene peccatores commotioni similes dicuntur, quia peccator, cum sit valde inconstans, semper commovetur de uno ad aliud, & in uno persistere nequit. Divus Hieronymus ad citatum locum: Quia peccatum peccavit Jerusalem ideo in commotionem facta est, populus dicitur Chanaan; quod interpretatur commotio. Non enim potest dicere: Stans super petram pedes meos: sed incertum & fluctuans semper in motu est. Unde & Noë vir sanctus, postquam evigilavit è somno, ex maledictione nomen imposuit Chanaan; dicens: Maledictus Chanaan famulus erit fratrum suorum. Genes. 9.

65. Sophon. Septuag.

Hieron.

Idem.

Genes. 9.

Marc. 6. n. 20. Herodes enim metuebat Joannem, sciens eum virum justum, & sanctum; & custodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.

VERSIONES.

Syriacus. Namque Herodes timebat à Jochanon; propterea quod sciebat, eum esse virum justum, & sanctum: & observabat eum; multa que audiebat ab eo, feceratque, ac suaviter audiebat eum.

Arias, & multi ex Græco. Et conservabat eum, & audito eo multa faciebat, & promptè, ac suaviter audiebat eum.

EXPOSITIO.

DIXERAT immediate antea Evangelista, quod Herodias volebat occidere Joannem & non poterat; modo ait: Herodes enim metuebat. Illa particula enim, ut observavit Cajetan. Gloffa, viri us sui etiam hostibus in reverentia sit. Ad hunc sensum Vatablus, & Sa explicant verbum timebat, hoc est, verebatur. Vereri proprie est extimescere cum verecundia, seu commoveri honestatis gratia. Sciens eum virum justum, & sanctum. Gloffa: Sciebat Gloffa: Baptistam justum; quoad homines; sanctum vero quoad

66.

Cajetan. Gloffa.

virus sui etiam hostibus in reverentia.

Vatablus. Sa.

Gloffa.

M quoad